Riddesdale and Gillesland, in fee simple, adding that his *will* was that they should enfeoff John de Widerington, his son and heir, and the heirs male, of his body; with remainder to Nicholas Heron and the heirs male of his body bearing the arms with the name of Widerington; with like remainder to Eamon Hesilrigg; Thomas, son of William de Hesilrigg; Roger, son of Walter Heron; and Reginald, son of Mr. Bertram Monbouchier; failing all these, then to his next heirs. This trust, which the ecclesiastics of that period were careful to enforce, was also called the *use* for which the land was held, and gave rise to the Statute of Uses, 27 Hen. VIII, the effect of which survives in the words "to the use of," in a modern conveyance. The *uses* declared by this deed closely resemble the ordinary limitations by which land is at the present time entailed, and such as would now be found in a strict settlement of real property.

Of the three seals appended to this charter the most interesting, heraldically, is that of Percy, Earl of Northumberland. In all probability it was cut on his elevation to the Earldom in 1373, but the part of the legend which would show this is unfortunately gone; all that can be read being SIGILLUM HENRICI DE PERCI. By connoisseurs of ancient seals it may be considered as a specimen of the highest workmanship of that period, and it is not too much to presume that the figure represented is intended for a portrait of the Earl. The arms displayed on his shield and banner, are those of his paternal ancestor Josceline de Louvaine. It was probably not until after his second marriage with Maud de Lucy, when it was stipulated that her arms should be for ever borne with those of Percy, that he quartered the arms of Percy, with those of Louvaine and Lucy. An example of the treatment of these quarterings is to be found in Boutell's *English Heraldry*.

The pedigree of the Wideringtons, and their connection with the families of Hesilrigg and Heron has been attempted by several genealogists, but not very successfully, so that it is hoped that in another number of this magazine, some details may be given, showing the kinship, which must have existed, between the testator Roger de Widerington and the persons on whom he entailed his estates.

SCUTUM.

FIRST BISHOP OF BATH AND WELLS.

(*Continued from* Vol. VI., p. 168)

INTERVAL AFTER THE DEATH OF JOCELYN.

114

1242, Nov. 22.—*The canons of Wells announce to the monks of Bath the death of bishop Jocelyn.*

Canonici Well. denunciant Priori et Conventui Bathon' de morte Jocelini episcopi dat. Well. die Sabbati proxima post festum Sancti Edmundi 1242.

[*Harl. MS.* 6968, *f.* 45 d.]

115

1242, Nov. 30.—*The executors of Jocelyn, late bishop of Bath, to be allowed free administration of all his goods, according to the tenor of his testament.*

De Executione Testamenti J. quondam Bathon' Episcopi.

Mandatum est R. Passelewe Custodi Episcopatus Bathon' quatinus executores J. quondam Bathon' episcopi liberam amministracionem omnium bonorum que fuerunt ejusdem episcopi ad execucionem testamenti sui faciendam habere permittat. Teste W. Ebor' Archiepiscopo apud Windles [hour'] xxx die Novembris.

[*Close Roll*, 27 *Hen.* III. *part* 2. *m.* 9.]

116

1242, Nov. 30.—*The king allows Peter of Savoy to lodge in the houses in London, which were Jocelyn's, late bishop of Bath.*

Pro Petro de Sabaudia.

Rex acomodavit Petro de Sabaudia domos que fuerunt J. Bathon' Episcopi in London' ad hospitandum in eis quamdiu Regi placuerit. Et mandatum est Galfrido custodi predictarum domorum quod illas liberet assignato ipsius Petri salvo ipsi custodi eo quod ad ipsum pertinet de custodia predictarum domorum. Teste ut supra [*i.e.* W. Ebor' Arch' apud Windles' xxx die Novembris.]

[*Close Roll*, 27 *Hen.* III, *part* 2, *m.* 9.]

117

1242, Dec. 29.—*The prior and convent of Bath announce the appointment of proctors to treat on their behalf with the dean and canons of Wells concerning the election of a bishop.*

Littere procurationis ad tractandum de pace sed non fuerunt ostense.

Universis sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Thomas Prior et Conventus Bathon' salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra nos constituisse dilectos confratres et monachos nostros Thomam de Kardif et Thomam de Theok[esbur'] precentorem nostrum et Magistrum Henricum de Bath' clericum nostrum procuratores nostros ad tractandum super negotio electionis una cum Decano et Canonicis Wellen' vel eorum procuratoribus in crastino sancti Thome martyris apud Ferenton' et ad dictum negotium sopiendum si domino et patrono nostro H. regi Anglie placuerit. Datum in Capitulo Bath' die sancti Thome martyris anno Domini M° CC° quadragesimo secundo.

[*Reg. Bath Abbey*, p. 51.]

118

1242 [Dec.]—*Letter to the king from the prior and convent of Bath praying for a* congé d'élire *after the death of bishop Jocelyn.*

Littere domino Regi misse ad impetrandam licentiam eligendi episcopum.

H. Dei gracia illustri regi Anglie domino Hybernie duci Normannie et Aquitannie comiti Andegavie devoti sui Prior et Conventus Bath' salutem et devotam cum orationibus assiduis reverentiam et subjectionem. Cum nuper bone memorie Joscelinus Bathon' episcopus viam fuerit universe carnis ingressus et ad nos futuri pontificis electio pertinere dinoscatur fratres et monachos nostros Ricardum et Gilebertum latores presencium vestre transmittimus dominationi eosdem vel eorum alterum quem coram vobis presentem adesse contigerit procuratores nostros ad impetrandam a vestra clementia eligendi licentiam constituentes vestre igitur pietatis devote et humiliter imploramus plenitudinem quatinus Regem Regum pre oculis habentes quod ad regie potestatis in hac parte spectat dignitatem nobis misericorditer sine difficultate concedere si placet dignemini In cujus rei testimonium sigillum nostrum hiis litteris patentibus apposuimus. Valeat et vigeat dominatio vestra per tempora longa.

[*Reg. Bath Abbey*, p. 51.]

119

1242-3., Jan. 6.—*The king grants a* congé d'élire *to the monks of Bath, saving the right (if any) of the canons of Wells.*

De licencia eligendi.

Prior et conventus Bath' habent licenciam eligendi per fratrem Ricardum de Caninges et fratrem Gilebertum de Dunestorre salvo jure Wellens' ecclesie si quod jus in eleccione habeat Episcopi vacante sede. Teste Rege apud Burd' vj die Januarii.

[*Pat. and Charter Roll* (38), 27 *Hen.* III, *m.* 20.]

120

1242-3, Jan. 9 —*The king informs the monks of Bath that he entirely withdraws his recommendation of Peter Chacepore for election as bishop, and leaves to them perfect freedom in the matter.*

Rex priori et conventui Bathon' salutem. Cum venissent ad nos Monachi domus vestre destinati a vobis pro licencia eligendi a nobis petenda fuimus in voluntate quod Petrus Chacepore promoveretur ad Episcopatum Bathon' et ipsis injunximus quod ex parte nostra de ipso eligendo vos sollicitarent Postea vero habita nobiscum deliberacione studiosa ob certas causas voluntas nostra in contrarium est mutata Et ideo vobis duximus significandum quod si contingat monachos predictos de ipso Petro eligendo aliquam facere inde causam ex parte nostra preces illas irritas esse volumus et inanes. Teste Rege apud Burd', ix die Januarii.

[*Close Roll*, 27 *Hen.* III, *part* 1, m. 13 d.]

121

1242-3, Jan. 30.—*The prior and convent of Bath, intending to proceed on a fixed day to the election of a bishop, invite the attendance of the dean and canons of Wells, but without derogation of their own sole right in such election.*

Littere vocationis ad vocandum ad electionem Episcopi.

Thomas Prior Bathon' et ejusdem loci Conventus Johanni Decano et Canonicis Ecclesie Wellen' in Episcopatu Bath' existentibus salutem eternam in Domino. Cum instanti die Veneris proxima post Purificationem beate Marie de electione futuri Pontificis nostri simus tractaturi et ulterius ad electionem Deo ordinante processuri licet neque de jure neque de consuetudine ad vos una nobiscum ejusdem electio pertinere noscatur ex habundanti tamen pro consilio vestro communicando vos vocamus quatinus ad dictam ecclesiam nostram Bath' dicta die veniatis Protestamur tamen ex ista vocatione nichil juri nostro velle derogari nec per eandem aliquid juris vobis intendimus attribuere. In cujus rei testimonium hiis litteris patentibus sigillum nostrum fecimus apponi. Datum Bath' die Veneris proxima ante Purificationem beate Marie anno gracie M° CC° quadragesimo tercio.

Reg. Bath Abbey, p. 51.]

122

1242-3, Feb. 6.—*The prior and convent of Bath announce to Roger, precentor of Sarum, his election as their bishop.*

Littere ad Electum Bath' ex parte Prioris et Conventus misse.

Viro venerabili et discreto domino Rogero precentori Sar' Dei gratia Bathon' Electo Thomas Prior Bath' et ejusdem loci Conventus humilis [*humiles*] salutem eternam in Domino. Noverit discretio vestra quod die Veneris proxima post Purificationem beate Marie vocatis prius qui fuerant vocandi secundum formam canonicam ad tractandum de electione futuri pontificis processimus et vos nobis in pastorem et episcopum canonice preficiendum unanimiter elegimus unde vestram humiliter et devote rogamus in Domino paternitatem quatinus electioni de vobis facte consentire velitis. Bene valeat paternitas vestra semper in Domino.

[*Reg. Bath Abbey*, p. 52.]

123

1242-3, Feb. 15.—*The prior and convent of Bath (by two of their body) present to the king Roger, precentor of Sarum, as their bishop-elect; and pray the royal assent.*

Littere presentationis ad dominum Regem.

H. Dei gratia illustri regi Anglie etc. devoti sui Thomas Prior et Conventus Bathon' salutem et tam devotam quam debitam cum orationibus assiduis reverentiam et subjectionem. Cum a vestre regie dignitatis excellentia eligendi nobis patrem et episcopum benignissime licentia fuerit concessa gracias quantas possumus vobis referimus uberiores nos vero mandato vestro parere cupientes secundum formam mandati vestri canonice et unanimiter elegimus in pastorem et episcopum virum secundum humanam estimationem Deo acceptum et regimini ecclesie nostre sufficientem et vobis fidelem et regno vestro utilem existentem videlicet Magistrum Rogerum precentorem Sar' cujus scientie eminenciam morum et conversationis honestatem vobis et consilio vestro speramus non esse ignotam Factam igitur de dicto electo communem atque consonantem atque canonicam electionem per fratres nostros

Thomam precentorem et Gilbertum de Dunestor' quos procuratores nostros ad hoc constituimus vobis presentamus devote et humiliter in Domino rogantes quatinus dicte electioni de dicto magistro R. facte regium velitis adhibere consensum ipsum divine caritatis intuitu et meritis persone circumspectis ut electum nostrum admittendo Ratum eciam habemus quicquid per eosdem vel alterum eorum actum fuerit appellando vel contradicendo si (quod absit) in prejudicium nostrum vel electionis vel electi nostri per quoscumque vel quemcumque quocumque modo fuerit attemptatum. In cujus rei testimonium hiis litteris nostris patentibus sigillum nostrum fecimus apponi. Valeat et vigeat dominacio vestra per tempora longa. Datum anno gracie M° CC° quadragesimo secundo xv° kal. Marcii.

[*Reg. Bath Abbey*, p. 52.]

124

1242-3, Feb. 26.—*Letter from the prior and convent of Bath to the canons of Wells concerning the dispute between them as to the election of the Precentor of Sarum.*

Thomas Prior et Conventus Bathon' viris venerabilibus . . Decano et Capitulo Well' salutem in Domino. Dilectos fratres et commonachos nostros Robertum de Ely elemosinarium et Thomam de Kerdif procuratores nostros constituimus ad contradicendum et appellandum et appellationes alias factas innovandum ne per vos vel quoscumque vel quemcumque aliquid in prejudicium juris Ecclesie nostre vel electionis quam nuper de viro provido litterato et honesto et omni exceptione majore Magistro Rogero Precentore Sar' spiritu sancto ordinante canonice fecimus vel eciam in prejudicium dicti electi quocumque modo attemptetur Ratum habentes quod alias per alios fratres et procuratores nostros actum fuit appellando quam ex habundanti pro bono pacis ad coeligendum nobiscum si jus haberetis in electione vobis fecimus et quod per istos similiter procuratum fuerit in dictis negociis vel eciam eadem negocia contingentibus Et ut vobis et quibuscumque presentibus vel eciam has litteras audituris super hoc fides adhibeatur presentibus litteris sigilla nostra fecimus apponi. Datum Bath' anno gracie M° CC° quadragesimo secundo iiij. kal. Martii.

[*Reg. Bath Abbey*, p. 52.]

125

1242-3, Feb. 28.—*Letter from the prior and convent of Bath to the canons of Wells on the same matter.*

Thomas Prior et Conventus ejusdem loci viris venerabilibus Decano et Capitulo Wellen' salutem. Cum sede vacante ad nos futuri pontificis electio pertinere dinoscatur in cujus centis[1] annis et amplius stetimus possessione et virum providum et honestum et eminenti scientia preditum et omni exceptione majorem scilicet magistrum Rogerum precentorem Sar' invocata sancti spiritus gracia canonice elegerimus pro statu et jure nostro et Ecclesie nostre et Electionis et eam contingentibus et Electi nostri appellamus ne s[cilicet] per vos vel quoscumque vel quemcumque in prejudicium ecclesie nostre et electionis vel dicti Electi nostri quocumque modo attemptetur Et ad tuicionem dicte Appellationis judicem qui hujusmodi habeat jurisdictionem sive sit dominus Episcopus sive decanus London' similiter appellamus Ratificamus eciam appellationes coram vobis factas per fratres nostros Robertum de Hely et Thomam de Kerdif jus ecclesie nostre et Electionis et electi nostri contingentes et eciam alias appellationes quas pro eisdem articulis et etiam pro spoliatione corporis bone memorie Joscelini Episcopi nostri Ricardus de Kaninges Thomas de Kerdif Thomas de Teokesbur' et eciam appellationes quas fratres nostri Thomas de Teok' et Gilbertus de Dunestor' in vocatione quam vobis fecimus per septem dies ante electionem nostram nomine nostro interposuerunt. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra apposuimus. Datum Bathon' anno gracie M° CC° quadragesimo secundo pridie kal. Marcij.

[*Reg. Bath Abbey*, pp. 52, 53.]

126

1242-3 [March.]—*Letter to the king from the prior and convent of Bath, upholding their election already made, and excusing themselves for not complying with the king's wishes in favour of Peter* [*Chaceporc*] *the king's treasurer.*

LITTERE EXCUSATORIE DOMINO REGI MISSE.

Serenissimo domino H. Dei gracia etc. devoti sui [et] humilis [*humiles*] Thomas Prior et Conventus Bathon' salutem et debitam cum orationibus assiduis reverentiam

[1] An obvious error for "*centum* annis" (a hundred years).

et fidelitatem. Cum a vestre regie dignitatis sublimitate licentia eligendi nobis patrem et episcopum quam erga nos et alios religiosos geritis benignitate fuisset concessa nunciis nostris ad nos die Jovis proxima ante Purificationem redeuntibus diem Veneris proximum post festum Purificationis ad eligendum prefiximus nobis prospicere et diversis periculis obviare cupientes precipue periculo imminenti constitutionis qua cavetur ut ultra tres menses cathedralis ecclesia prelato non vacet infra quos justo impedimento cessante si electio celebrata non fuerit qui eligere debuerant eligendi potestate careant hac vice. Die igitur prefixo secundum formam mandati vestri cui pro omni posse parere desideravimus et desideramus elegimus in episcopum nostrum personam ut firmiter credimus Deo acceptam et episcopatus regimini et officio sufficientem et vobis fidelem et regno vestro utilem existentem scilicet Magistrum Rogerum Precentorem Sar' cujus eminentem scientiam morum et conversationis honestatem vobis et consilio vestro acceptam et commendatam divina ut speramus reddet providentia qui diligenti habita deliberatione de consilio decani et fratrum Capituli Sar' propositis coram eisdem fratribus jure Bathon' Ecclesie et toto processu et negociis dictam electionem contingentibus electioni de se facte consensit in dictorum fratrum presentia. Duodecimo autem die post dictum diem electionis fuit speciale mandatum pro domino P[etro] thesaurario vestro directum primo nobis oblatum per P. clericum vicesimo sexto autem die post memoratum diem electionis fuerunt iterato nobis alie littere exhibite per Nicholaum servientem quibus temporibus nullo modo factum nostrum mutare potuimus. Vestram igitur devote et humiliter pedibus vestre pietatis provoluti rogamus clementiam quatinus impossibilitatem nostram Divine caritatis intuitu velitis habere excusatam cum in omnibus que nostro fuerint possibilitatis vestris parati simus affectuose parere mandatis. Valeat et vigeat dominatio vestra per tempora longa.

[*Reg. Bath Abbey*, p. 53.]

127

1242-3, March 12.—*The king grants a* congé d' élire *to the canons of Wells.*

De licencia data eligendi Episcopum.

Capitulum Wellense habet licenciam eligendi sibi Episcopum per J. Decanum Wellensem et R. de Marisco canonicum ejusdem ecclesie salvo jure Bath' ecclesie si quod jus in electione habeat vacante sede Teste ut supra [*i.e.* Rege apud Burd' xij die Marcii.]

[*Patent and Charter Roll* (38), 27 *Hen.* III. *m.* 14.]

128

[1243.]—*Statement made by the canons of Wells of the rights claimed by them in the matter of electing a bishop.*

Ecclesia Wellensis que alio nomine antiquitus vocabatur Fontanensis et quandoque vocabatur Tudingtun sola fuit cathedralis in episcopatu illo et jus eligendi sibi episcopum habuit Ille tunc per se ut dicitur, qui vocari solebat episcopus Fontanensis et Well. quoniam resedit in solidum penes ecclesiam et canonicos Well. qui soli usi sunt jure eligendi episcopum usque ad tempus Johannis episcopi sui qui post creationem suam per electionem canonicorum Well. non monachorum sedem sibi in monasterio Bathon. constituit cathedralem, ubi sunt monachi Bathon . . episcopum se ex tunc vocando et hactenus postea sic vocatus est episcopus Bathon. quilibet illius loci diocesanus et hoc factum fuit canonicis Well. non consentientibus Postmodum vero Alexander papa III. jus eligendi pristinum canonicis Well. confirmavit, Ita quod vacante sede Canonici Well. et monachi Bathon. convenient et communiter eligant sibi episcopum, et quod decanus Well. secundum antiquam Well. ecclesie consuetudinem habere debeat solennem electionis ipsius pronunciacionem . . Demum post diutinam dicte forme observacionem monachi Bathon. sede vacante Savaricum postea Bath. episcopum soli sine Canonicis Well. elegerunt, ipsis irrequisitis et hoc penitus ignorantibus , . . quem papa . . . confirmavit et consecravit. Postea vero vacante sede per mortem Savarici redierunt dicti canonici Well. ad possessionem eligendi sibi episcopum communiter cum dictis monachis eligendo communiter dominum Jocelinum Bathon. episcopum qui nunc ultimo decessit [anno] pontificatus sui 36°. 1242 mense Novembris[1] 13 Kal. Dec. . . . corpore

[1] See No. 113 as to the date of his decease, recorded in the Cartulary of Glastonbury Abbey.

suo sepulture in ecclesia Well. tradito prout corpus suum ibidem sepeliendum legaverat *etc.* fol. 93.

Memorandum quod Decanus et Capitulum Well. habent literas Nicholai pape iiᵈⁱ directas clero Well. quod Gisonem quem sibi elegerunt in episcopum ordinavit in sacerdotem. Item habent literas Alexandri pape per quas confirmat Decano et capitulo Well. et eidem ecclesie canonicas consuetudines libertates et immunitates et episcoporum suorum electiones sicut eas a ducentis annis usque ad tempus Johannis episcopi sui qui sibi sedem in ecclesia Bathon. constituit.

[*Harl. MS.* 6968, 47d.—48.]

(To be Continued.)

BAPTISMS AT MARGARET RODING, ESSEX.

By George Harvey Johnston.

(*Continued from Vol. VI., page* 16.)

1588	Apl. 14.	Sara dtr. of Thomas Oliver
„	Apl. 14.	Henry son of Henry Allam
„	Sep. 22.	Rebecka dtr. of Robert Rowland
„	Feb. 16.	Susan dtr. of Rychard Perry
1589	Dec. 28.	Mary dtr. of William Eve
1590	July 12.	Gylbert son of Gylbert Pecocke
„	Jan. 24.	Roger son of Reynold Terrye
„	Feb. 28.	John son of Thomas Oliver
„	Mar. 7.	Gylbert son of Pawle Allam
1591	Apl. 18.	Thomas son of George Gower
„	Mar. 19.	William son of William Govche
1592	Apl. 9.	Mary dtr. of Pawle Allam
„	July 23.	George son of George Boothe a stranger
„	Aug. 13.	Gylbert son of Gylbertt Pecocke
„	Sep. 21.	ffrancys dtr. of Edmond Glascocke
„	Sep. 24.	Abraham son of Rychard Perry
„	Oct. 15.	Clemence dtr. of William Eve
„	Dec. 7.	Rychard base sonne of Richard Lucas als. Rynger and Rose Carpenter
„	Feb. 18.	Martha dtr. of Rychard Robgeant
„	Feb. 25.	Thomas son of William Gooche
„	Feb. 25.	John son of George Gowre
1593	Apl. 15.	Rose dtr. of Reignold Terrye
„	Oct. 14.	John son of Gylbert Pecock
„	Jan. 20.	Hester dtr. of William Gowche
1594	Apl. 25:	Jane dtr. of William Gooche
„	May 20.	Ann dtr. of Pawle Allam
„	Jan. 19.	William son of William Eve
„	Feb. 9.	Agnes dtr. of Thomas Smythe a stranger
1595	May 18.	Mary dtr. of Thomas Shyrlie
„	July 10.	Thomas son of John Kinge
„	July 27.	Mary dtr. of George Gowre
„	Dec. 26.	William son of William Eve
„	Dec. 28.	Thomas son of Reinold Terrye
1596	Nov. 14.	Mary dtr. of Robert Luckin

FIRST BISHOP OF BATH AND WELLS.

(*Continued from page* 87.)

129.

[1243.]—*Formal statement by the canons of Wells of their appeal to the pope against the election of a bishop made without their consent.*

Petunt decanus et capitulum quod electio de R. precentore Sarum in episcopum Bath. cassetur, et quod totalis electio restituatur ecclesie et Canonicis Well. . . . vel saltem hac vice et quod de cetero . . . successive fiat electio . . . inter ipsas ecclesias, primo si quo modo impetrari poterit quod tota in ecclesia Well. et per canonicos Well. secundo, tota in monasterio Bathon. et per monachos Bathon. . . . vel quod communiter eligant semper Canonici Well. et monachi Bathon. . . . primo in ecclesia Well., secundo in monasterio Bathon. et sic semper successive in perpetuum . . . vel quod certus locus medius assignetur per dominum papam ubi facilius convenire possint eligentes . . . vel saltem committatur totalis causa aliquibus viris providis et discretis decidenda, et hoc extra Angliam, scilicet. episcopo Decano et Cancellario Parisiensibus, vel alijs pro voluntate domini pape, si fieri poterit propter potentiam magnatum Anglie, qui de qualibet electione se intromittunt, ita quod vix potest aliqua ecclesia prout deceret ordinari, propter quod universe ecclesie Anglicane tam in spiritualibus quam temporalibus maxima dampna jacturas et pericula incurrunt tam in capite quam in singulis membris. Vel vocentur partes ad curiam Romanam.

Nominentur loca media non ecclesie conventuales loca autem media sunt he solum parochiales ecclesie Nortun Canonicorum, Ferentun, Witechireche, Dultinges, Chiatun, Stonestun.[1]

Capitulum Well. appellat dominum papam si episcopus Bathon. prius installetur in ecclesia Bathon. quam in Well. et si in ecclesia Bathon. nisi similiter et in ecclesia Well.

[*Harl. M.S.* 6968, *f.* 48.]

130

1242-3, March 24.—*The king assures the canons of Wells that, pending their appeal to the pope, nothing shall be done prejudicial to their presumed right in the election of a bishop.*

Pro Decano et Capitulo Wellens'.

Rex Decano et Capitulo Wellens' salutem Cum venissent ad nos Johannes de Derham concanonicus vester et Alexander de London' clericus ecclesie vestre cum litteris vestris patentibus protestantibus quod pro jure vestro quod vobis vendicatis et dicitis vos habere in electione episcopi Bathon' ad dominum Papam appellastis et nobis supplicassent quod quantum in nobis est jus vestrum servaremus illesum libenter vobis concessimus quod pendente appellacione vestra et durante contencione inter vos et Priorem et Monachos Bathon' qui eisdem nunciis vestris presentibus Magistrum R. precentorem Sar' tanquam electum suum nobis presentarent nichil attemptabimus quod juri vestro debeat in hac parte derogare cuiquam electo vel eligendo a dictis Priore et Monachis in prejudicium vestrum favorem Regium adhibendo quin immo quantum cum honestate poterimus ad jus vestrum evincendum opem et auxilium libenter vobis impendemus Teste Rege apud Burdeg' xxiiij die Marcii.

[*Patent and Charter Roll*, 27 *Hen. III. m.* 13.]

131.

1243. [*no date*]—*The prior and convent of Bath pray the archbishop of York to have them excused for upholding their election of Roger, precentor of Sarum.*

Reverendo domino et patri in Christo karissimo W. Dei gratia Eboracensi Archiepiscopo Anglie Primati devoti sui et humiles Thomas Prior Conventus Bathon'

[1] Midsomer Norton, Farnington Gurney, Whitechurch, Doulting, Chewton Mendip, Stone Easton.

salutem devotam et debitam in omnibus reverentiam et obedientiam. Cum post decessum venerabilis patris nostri J. quondam Bathon' Episcopi a sublimitate regia licentiam optinuerimus eligendi nos de unanimi assensu capituli nostri die Veneris proxima post Purificationem Beate Marie Magistrum Rogerum precentorem Sar' nobis in pastorem et patrem elegimus et ipse electioni de se facte consenserit et cum dicta electio celebrata fuerit duodecimo die ante susceptionem litterarum domini Regis et Regine pro domino P. Chacepore nobis oblatarum et eisdem illud litteratorie significaverimus et ita non possemus a facto nostro resilire cum per mutuum consensum eligencium et electi spirituale contrahatur matrimonium sicut melius nobis vestra novit excellentia vestram affectuose rogamus clementiam humiliter et devote supplicantes quatinus super eo quod mandatum vestrum ad presens exaudire non possumus nos excusatos habere velitis cum in omnibus que nostre fuerint possibilitatis vestris desideremus parere mandatis. Valeat et vigeat sanctitas vestra semper in Domino.

[*Reg. Bath Abbey, p.* 54.]

132

1243. [no date].—*The prior and convent of Bath, referring to their former letter, pray the king to hold them excused from doing anything further pending the appeal of their bishop-elect.*

Illustrissimo domino H. Dei gracia regi Anglie etc. Thomas Prior Bathon' et ejusdem loci Conventus salutem et devotam cum orationibus assiduis reverentiam et subjectionem. Cum vestre regie dignitatis sublimitati alias humiliter et devote significaverimus qualiter per duodecim dies ante receptionem mandati vestri pro venerabili viro Domino P. thesaurario vestro nobis directi magistrum Rogerum Precentorem Sar' personam ut credimus Deo acceptam et episcopalis regiminis officio sufficientem et vobis fidelem et regno vestro utilem existentem Spiritus Sancti gracia invocata elegerimus et ipse electioni de se facte consenserit qui eciam vestre excellentie presentatus pro jure suo per procuratorem suum ad Sedem Apostolicam appellaverit in presentia vestra pedibus vestre pietatis provoluti vestram in Domino humiliter et devote rogamus clementiam quatinus divine caritatis intuitu nos excusatos habere velitis quod ad electionem aliam procedere non possimus que de jure possit consequi effectum cum pendente appellatione ab electo nostro facta nichil in facto electionis possit innovari nec matrimonium inter ecclesiam nostram per consensum eligentium et electi nostri spiritualiter contractum sola nostra voluntate possit dissolvi cum fortius sit vinculum spirituale quam carnale unde Domini et justiciam pre oculis habentes si placet non moveamini cum in hiis omnibus que nostram contingunt possibilitatem vestram pro posse nostro parati simus plenarie sequi voluntatem. Valeat regia excellentia vestra semper in Domino.

[*Reg. Bath Abbey, p.* 54.]

133

1243. [no date.]—*The prior and convent of Bath write to the queen, urging their inability to annul the election of their bishop.*

A. Dei gracia regine Anglie etc. Thomas Prior et Conventus Bathon' salutem et devotam cum orationibus assiduis reverentiam. Cum domino nostro regi et vobis alias humiliter et devote significaverimus qualiter per duodecim dies ante receptionem mandati vestri pro venerabili viro domino P. Chacepore nobis directi Magistrum Rogerum Precentorem Sar' personam ut credimus Deo acceptam et episcopalis regiminis officio sufficientem et vobis et regno fidelem et utilem existentem Spiritus Sancti gracia invocata canonice elegerimus et ipse electioni de se facte consenserit qui eciam domino nostro regi presentatus pro jure suo per procuratorem suum ad Sedem Apostolicam in presentia ipsius appellaverit pedibus vestre pietatis provoluti vestram in Domino humiliter et devote rogamus clementiam quatinus divine caritatis intuitu nos excusatos habere velitis quod ad electionem aliam procedere non possumus nec matrimonium inter ecclesiam nostram per consensum eligentium et electi nostri spiritualiter contractum possimus dissolvere cum fortius sit vinculum spirituale quam carnale unde Domini et justiciam pre oculis habentes si placet non moveamini cum in hiis omnibus que nostre possibilitatis sint vestram pro posse nostro parati simus plenarie sequi voluntatem. Valeat pia excellentia vestra semper in Domino.

[*Reg. Bath Abbey, p.* 54.]

134

1243. June 6.—*The prior and convent of Bath notify to the Christian world, their appointment of proctors to maintain the right of their church, and the validity of their election lately made.*

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras visuris vel audituris Thomas Prior [Bathon'] et ejusdem loci Conventus salutem in Domino Universitati vestre duximus significandum nos dilectos nostros Thomam de Theok' precentorem ecclesie nostre et Magistrum Symonem clericum nostrum procuratores nostros constituisse ad appellandum pro statu et jure ecclesie nostre et pro electione nuper in ecclesia nostra de viro provido et honesto videlicet Magistro Rogero Precentore Sar' canonice celebrata necnon et pro statu et jure electi nostri et omnibus ecclesiam vel electionem nostram in hac parte contingentibus et videlicet ne per canonicos Wellen' vel quoscumque vel quemcumque in prejudicium ecclesie nostre et electionis et electi nostri sive ad aliam electionem procedendo sive ad aliud aliquid contra nostram electionem attemptando fieri presumatur Eosdem eciam procuratores nostros constituimus ad appellandum ad tuitionem dicte Appellationis judicem qui in provincia Cantuar' appellationum tuendarum habuerit potestatem et ad innovandum appellationes alias per quoscumque nomine nostro super premissis interpositas et quod in hac parte per dictos procuratores actum fuerit gratum gerimus et acceptum. In hujus autem rei testimonium sigillum capituli nostri presentibus litteris duximus apponendum Datum Bath' anno incarnationis Dominice M° CC° xl° tertio viij Idus Junii.

[*Reg. Bath Abbey, p.* 55.]

135

1243. Aug. 30.—*The prior and convent of Bath announce their appointment of a proctor in their behalf at the Court of Rome.*

Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint Thomas Prior et Conventus Bathon' salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos constituisse Nicholaum clericum latorem presentium procuratorem nostrum ad contradicendum et impetrandum in curia Romana. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Dat' Bathon' anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tercio iij° kal. Septembris. Valete.

Alie fuerunt detracto verbo *impetrand'*.

[*Reg. Bath Abbey, p.* 56.]

136

1243. Sept. 17.—*The prior and convent of Bath write to the pope, praying him to confirm their election of the Precentor of Sarum.*

Sanctissimo patri in Christo I. Dei gratia summo pontifici devoti sui ac humiles Thomas Prior Bathon' et ejusdem loci conventus cum omni honore obedientia et reverentia devota pedum oscula. Cum bone memorie Joscelinus episcopus noster viam universe carnis fuisset ingressus nos prius impetrato assensu regio prout moris est vocatis ad electionem vocandis diem ad electionem celebrandam in ecclesia nostra cathedrali Bathon' prefixo [*sic*] ut de preficiendo nobis episcopo tractaremus in capitulo ecclesie nostre convenimus ymno Dominico prius cantato invocata Spiritus Sancti gratia post diutinam et diligentem deliberationem placuit omnibus nobis et singulis per viam compromissi dicte ecclesie nostre viduate de pastore providere et sic de communi voluntate omnium elegimus tres de collegio nostro viros fidedignos quibus potestatem dedimus ut ipsi vice omnium de pastore et episcopo providerent ecclesie nostre viduate qui inter se habito tractatu diligenti Magistrum Rogerum precentorem Sar' virum ydoneum litteratum et discretum communiter unanimiter et canonice in episcopum elegerunt quam electionem domino Regi pro assensu ejus habendo presentavimus Pedibus itaque vestre sanctitatis provoluti quanta possumus devotione supplicamus quatinus electionem nostram supradictam concurrente populi et cleri assensu canonice celebrata[1] auctoritate apostolica confirmare dignemini ne quod absit si ecclesia nostra diu pastoris provisione caruerit irreparabiliter tam in spiritualibus quam in temporalibus jacturam incurrat Ad hanc eciam electionem sanctitati vestre presentandam et ad ejusdem electionis confirmationem postulandam dilectos fratres et commonachos nostros Thomam precentorem ecclesie nostre et Gilbertum de Dunestor'

[1] *celebratata* in M.S.

procuratores constituimus ratum et gratum habituri quicquid ipsi ambo vel eorum alter quem in presentia sanctitatis vestre esse contigerit super premissis duxerit faciendum Et in hujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus Data consignationis litterarum in capitulo cathedrali ecclesie nostre anno gracie M° CC° xl° iij° xv. kal. Octobris. Conservet vos Altissimus ecclesie sue per tempora multa.

Cave. Littere fuerunt deficiente verbo, quam electionem domino regi etc.

¶ The words " quam " to " presentavimus " (line 14) are written over with a *caret*. [*Reg. Bath Abbey, p.* 55].

137

1243. Sept. 17.—*The prior and convent of Bath notify their appointment of proctors to represent them at the Court of Rome in the matter of their election of a bishop.*

Omnibus sancte matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Thomas Prior Bath' et ejusdem loci conventus salutem eternam in Domino Noverit universitas vestra nos constituisse dilectos fratres et commonachos nostros Thomam precentorem et Gilbertum de Dunestor' procuratores nostros tam ad prosequendum in curia Romana negocium electionis nostre facte de magistro Rogero precentore Sar' in episcopum Bathon' quam in aliis causis ecclesiam nostram contingentibus et ad litigandum impetrandum contradicendum necnon ad consentiendum in judices. Damus eciam eisdem et eorum alterutri potestatem constituendi nomine nostro procuratorem seu procuratores super premissis in curia Romana et ad jurandum in animas nostras quocienscumque et ubicumque viderint expedire ratum et gratum habituri quicquid ipsi ambo vel eorum alter seu procurator vel procuratores per eosdem vel eorum alterum in forma predicta constituti super premissis fecerint justicia mediante et pro eisden si necesse fuerit judicatum solvi permittimus. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus Dat' Bath' anno gracie M° CC° xl° iij° xv. kal. Octobris.

[*Reg. Bath Abbey, p.* 56.]

138

1243. Sept. 17.—*The prior and convent of Bath notify that two of their fellow-monks are empowered to borrow money in order to expedite their affairs in the Court of Rome.*

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Thomas Prior Bathon et ejusdem loci conventus salutem eternam in Domino Noveritis nos constituisse dilectos fratres et commonachos nostros Thomam Precentorem et Gilbertum de Donestor' procuratores nostros ad contrahendum mutuum usque ad viginti marcas nomine ecclesie nostre Bathon' pro expediendis negociis nostris in curia Romana ac dedisse et concessisse eisdem Thome et Gilberto seu eorum alteri potestatem ad obligandum nos et ecclesiam nostram usque ad summam memoratam per has litteras nostras patentes mercatoribus quibus ipsi ambo seu eorum alter qui presentes litteras detulerit viderit expedire. Datum Bathon' anno gracie Millesimo ducentesimo quadragesimo tercio quintodecimo kal. Octobris.

Alie littere sub eadem forma de xx marcis.

Et tercie littere sub eadem forma de x marcis.

[*Reg. Bath Abbey, p.* 56.]

139

1243. Oct. 21—*The keeper of the See of Bath is commanded to allow the dean and chapter of Wells to take the amercements granted to them by Jocelyn, late bishop of Bath.*

PRO DECANO ET CAPITULO WELLENSI.

Rex Roberto Passelewe custodi episcopatus Bathon' salutem Quia accepimus per Inquisicionem factam per vicecomitem Sumerset' quod J. quondam Bath' episcopus dedit per cartam suam Decano et capitulo Wellensi omnia amerciamenta hominum suorum et feodorum suorum de Itineribus Justic' et quod ipsi Decanus et capitulum fuerunt in seisina eorundem amerciamentorum dum idem episcopus superstes fuit vobis mandamus quod eisdem decano et capitulo amerciamenta tenencium suorum de predicto episcopatu et feodorum suorum ejusdem episcopatus de Itinere Justic' a tempore mortis prefati episcopi secundum tenorem carte sue habere faciatis. Teste ut supra [*i.e.* apud Westm' xxj die Octobris].

[*Close Roll,* 27 *Hen.* III. *part* 1, *m.* 1.]

(*To be continued.*)